



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

VII. Differentia 7. Iure Canonico mala grammatica vitat rescriptum Papæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

VII.

DIFFERENTIA 7.

Iure Canonico mala grammatica vitiat rescriptum *Pape c. Ad audientiam II. de Rescript. Iure civili autem non vitiat rescriptum Imperatoris. Bapt. à S. Blasion. 700.*

I. Clari capitis tenor est, ad audientiam nostram pervenit, quod H. de S. Stephano super absolute tua literas tibi, ut primâ facie videbatur, apostolicas præsentârât, quibus, quoniam manifestum continens in constructione peccatum, fidem te nolumus adhibere. *Videtur in aque Glossa: In literis Papæ non debet esse vitium latinæ, ne vitientur. Vitium intellige in ratione Syntaxis potissimum, quæ per nullam Grammaticæ, vel orationis figuram defendi possit. Abb. in c. de iudic. Felin. in c. Ad audientiam I. de Rescript. Innoc. in c. Ex parte, de fide instrum. Quod etiam in rescriptis laicorum principum locum habere Bartolus existimat in l. Plautium, Tit. de aur. & arg. leg. Bald. in l. Eam, quam, C. de fideicommiss. Idem non attendi in constructione testamentorum, legatis & similibus, ex multis legibus constat, l. Imperator Titus, Tit. de statu hom. l. Qui habebat, Tit. de manu. miss. testam. l. In legatis, C. de legat.*

II. Quod verò in c. Ex parte, de fide instrum. Honorius III. interrogatus, an rescriptum valeret, in quo decrat litera

O in verbo *spoliârunt*, respondit, hoc non obstante, in negotio iplo præviâ ratione procedendum esse, sic intelligi debet, propter modicum defectum, qualis est unius literæ, non vitari rescriptum, cum ex præcedentibus, & subsequentibus intelligi possit mandantis intentio. Deinde quodcumque de mente rescribentis constat, nihil obesse errorem latinæ. *Archidiaconus in c. In memoriam, Dist. 19. & alii DD. in c. Ex parte, de fide instrum. post Cardinalem in Consil. 95. ita explicantes, c. Inter dilectos ibid.*

Quod autem magis attendatur in rescriptis summorum Pontificum, Ratio per Glossam redditur, quia ejusmodi rescripta per multas manus transeunt, & magnâ maturitate decoquuntur, c. Apostolica 35. q. 9. Atque ita nullum vitium continere debent, v. *Tuschum litt. M. Conclus. 199. Barbof. axiom. 148. Farinac. Part. 6. q. 153. n. 151.*

* *